



Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

Alijs alias deberi eleemosynas, non omnibus easdem. Etex æquitate largiendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

DE ELEEMOSYNA.

Deligendos esse quibus impertiatur eleemosyna.

Hieronimus ad Algasiam quaestione sexta. Mihi iuxta priorem interpretatiōem hoc videtur, quod de iniquo mammona debeamus nobis amicos facere, non quoslibet pauperes, sed eos, qui nos possint recipere in domos suas, & in æterna tabernacula: ut cum eis parua præbuerimus, recipiamus ab illis magna, & dantes aliena, nostra suscipiamus, & seminemus in benedictione, ut metamus benedictionem. Qui enim parce seminauerit, parce & metet.

Alijs alias deberi eleemosynas, non omnibus eadem. Et ex equitate largiendum.

Chrysostronus sermone contra Concupinos. Etenim iustius adiuuantur infirmiores, quam fortiores, & uetulae, quam iuniores, & hec quibus neque necessaria sunt, quam illae quae mediocria possident, & illae quae apud multos abominabiles, quam quas multi adamant, & illae quae contemptae diu fuerunt ob intolerabiles dolores, quam quae fauorem alijs conciliare possunt. Ostende igitur quod propter Deum hoc facias, & illis optulare.

Quibus in primis debeat eleemosyna.

Gregorius Nazianzenus de paupertate fouenda, seu de pauperum cura, oratiōe 16. Quapropter omnibus pauperibus misericordiae uiscera, sunt ap-